

sta matina, fu terminato redursi tutti poi disnar et mandar a chiamar li Savii nuovi, che vengano ad aldir et consultar dite letere; che mai più è stà fato: sichè li Savii vechii et li nuovi sonno insieme: zoè sier Thomà Mozenigo procurator, sier Cristofal Moro e sier Alvise da Molin, è amalato, e sier Bortolamio da Mosto savio a terra ferma, et steteno ozi fin hore 24 in Colegio: feno certe provisione, come dirò di soto.

*Di Franza, fo letere di sier Alessandro Donado di sier Piero, capo di cavali lizieri, da Paris, di 12.* Qual, hessendo a Crema, il signor Renzo lo mandò in Franza dal Re per exortarlo a venir in Italia, e andò a la fin di Lujo. Hor scrive a suo padre, come certissimo questa invernata francesi verano in Italia, e il Re in persona, et che fin tre zorni si aviarà le zente con le qual lui vol venir; sichè di questa nova tutta la terra fo piena: la qual letera et aviso lui ridrizò a suo padre.

58 *Jani Vitalis panormitani, de Ungarorum cruciata facta anno 1514, et de infanda sævitia utrinque patrata.*

*Ad Joannem Baptisam Pisonem ferrariensem.*

Thomas Sacrosanctæ Ecclesiae cardinalis Strigoniensis, tituli sancti Martini in Montibus, legatus universi regni Hungariae, superiori anno creationis magnoque apparatu ad legationem proficisciatur, habitus a Leone X pontifice maximo omnibus privilegiis ac ceremoniis quibus opus fuerat. Quod sciens Cæsar, ut optimus Divinae fidei miles, bellum in Turcis per litteras legatum indici hortatur. Hoc igitur consilium plurimum mente volutans, Thomas, multa privilegia ad religionem attinentia ob id arma capere voluntibus concedit, ac Crucis signo eorum pectora obsignat, quorum multa serica suis manibus confecerat, ab eoque signo *Cruciferos* vocari jubet milites, quos nos *evocatos crucis* appellamus. Innumeri undecumque agricolæ, relictis pagis ex Emona, ex Siscia, ex Dravi et Savi ripis, multi Arivates, Azali, Amantes, Belgires, Carthati, Cornacates, Eeruisci, Hercuniates, Latovisci, Oseciates, Varciani, et multi ex monte Claudio, multi Scordiscurum, Taurisci ex Merubarre ex Segestica insula, Sirmenses, Aman-tini, et multi, quorum nomina non soccurrunt, in varias devenere legiones, in quas dies numerus major auctus est. Tum, a majoribus ac primatibus totius regni fidem ac auxilium exposcent, quibus denegatis, quasi pro ludibrio habiti sunt. Quare indignati, jam bellum minitantur omnibus præterquam

regi ac cardinali; quinque milia capitum descripta sunt, ac ingente rusticorum copia bipartita, Melchiorem Mouder (ita enim appellabant) alteri presidere jubent. Qui ita dici voluit: « Melchior Dei gratia rex, benedictioni papali cruciferorum amicus et subiectus Ladislai Hungariae, Boemæ etc. regis, et electus sancti patris cardinalis sancti Martini in Montibus, inimicus prælatorum et omnium Pannonio præsidentium regno. Alteri vero Georgium Siculum, nam ibi etiam (ut ajunt) quidam ex Sicilia Sieuli appellantur, deligunt ducem, qui eosdem titulos ab altero sibi assumpsit: ambo vero eisdem ex parentibus oriundi sunt, nullisque legibus, nullaque rei militaris disciplina muniti, sed potius robore ac propriis viribus corporis confisi, reliqua parvi pendunt. Continuo igitur qui summo eorum magistratui praerant abactores circa nobilium prædia ac villas imittunt, qui, jumentorum, carrorum et rerum ad victimum attinentium innumeram molitudinem depopulati, quae afferri non possunt igne undecumque incendunt, ac inexplicabilem sævitiam in ea exercent. Tale enim eorum ingenium est: ut ad internitium usque omnia insequantur. Cum vero Thomas rem impetu prosecutam ac prosecuturam audiret, valde et sibi et nobilibus timere cœpit, ne majoribus militum legionibus coactis in regem, in eum ac nobiles inimicos exsolveret animos: ideoque, erga ipsum ob majorem regi benivolentiam privilegia antea concessa revocat, vetatque aliquem signo crucis signatum esse pectus, multaque id exequi nolentibus minat, prohibet cum illis commertium haberet, illisque igne et aqua interdicti visum est majorem ad rei timorem. Et haec omnia quinque milia passuum a Pesto, quæ urbs est Pannoniae, per legatos nunciata sunt. Aliqui religione potius quam timore commoti, ab inceptis sese retrahunt, domumque reverti, potius quam credere se variis belli fortunis eligunt. Incertis ergo animis legiones nutant, neque apertum est utrum major pars desistat, neque qui desistant. Præterea duo vexilla erecta sunt, illisque Crucifixi imago lignea illigatur, factumque est, ut si qui prosequi mallent, alterum duorum proficiserentur, et sic e contra. Hac vi, opinio omnium patuit; multo enim plures sunt qui repugnant velle prosequi, quam qui malunt. Et hiis, qui repugnabant, facinus observandum accidit; nam dum vellent domum versus iter facere, imago quæ alligata vexillo erat, dissolutis vinculis, in faciem humi procubuit, quo casu iterum atque iterum legaminibus tenacissimis alligaverunt labefactatam, neque eam ibi affirmare po-